



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

18 Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

mista, Perge Domine, perge vsque emitte  
re radios tuos, & de claritate in claritatem  
ad maiorem semper me lucem reforma.  
Inde enim fiet, vt custodiã sermones tuos,  
quos omnino præ mea mortalitatis cor-  
ruptione nisi perpetuò vitale à te robur  
accipiam, & viuificer, seruare non valeo.

18 Reuela oculos meos, & considera-  
bo mirabilia de lege tua.

Petit re-  
moueri  
passiones.

**V**trum rogat, vt velum propriè aufera-  
tur, id est, impedimenta remouean-  
tur, quæ oculos contegunt, vt videre non  
possint, cuiusmodi passiones sunt, ira, tri-  
stitia, desiderium, læritia, & huiusmodi,  
de quibus est dictum? Quamquam hæc, vt  
verum fateamur, excœcant potius, quam  
velant: neque in promptu est velum hu-  
iusmodi remouere cum volumus. An id  
petit, vt augmento maioris lucis, acie-  
que excitatiore, ac purgatiore oculis  
assiduè donetur: vt visus, ac visio ipsa robu-  
stior, & acutior fiat, & interiora penetret;  
de quibus subdit, Considerabo mirabilia  
de lege tua?

Et lumen  
augeri.

Mirabilia porrò quam multa de lege,  
& ex lege ipsa mundis oculis consideran-  
da offeruntur! De lege quidem, rectitudo  
eius, sanctitas, illustratio, delectabilitas,  
præmia, & eiusmodi alia innumera. Ex le-  
ge verò, quæ per illius notitiam patent, &  
con-

contemplatione contingimus, cum scilicet, que Deus cum sanctis suis per singulas generationes egerit, mente purissima per-  
lustramus: cum potentiam ipsius, qua vniuersa gubernat, moderatur, ac regit: cum immensitatem scientiæ eius; & oculum, quem secreta cordium latere non possunt, trementi corde miramur: cum arenam maris, vndarumque numerum dimensum ei, cognitumque puidi cogitamus: cum pluiarum guttas, cum seculorum dies, & horas, cum præterita, futurave vniuersa obstupescentes scientiæ eius assilicere contemplamur: cum ineffabilem clementiam eius consideramus, qua innumera flagitia, quæ singulis quibusque momenti sub ipsius committuntur aspectu, in defessa longanimitate sustentat: cum intuemur vocationem, quia nos nullis præcedentibus meritis, gratia suæ misericordis adsciuit: cum denique quot occasiones salutis tribuit adoptandis cum quodam admirationis intuemur excessu. An non mirabilia sunt hæc, & alia id genus, & omni modo stupendas vt merito instanter petere debeamus, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua?

Quæ materia contemplationis.  
C. 15.

19 Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

VOX 15 idem significat, quod perierimus peccati: ideoque merito petit de via regredi. doceri.

N 6